

Natus amor, cognata Deorum aeterna propago
 Inde fuit, mundi tum rerum digessit, & Urbes
 Constituit rudibus Populis vis illa iugalis,
 Nam quid habet caelum, quid terra, quid aquoris ora
 Pulchrius aspectu: quid mente decentius alma
 Ipso homine: et tamen illa creant humana uicissim
 Corpora, ut aeternam seruent connubia legem,
 Non aliter Quercus quam cum longeva suorum
 Pondere ramorum iam iam ructura, superbum
 Demittit caput, et late impellentibus Euris
 Corruit ad terram; tum uis fecunda uigorem
 Excitat occultum, atq; ima ab radice uirentes
 Germinat in fetus, ij matris ab ubere sensim
 In sese eliciunt recidiuae munera uitae
 Cum tamen in mundi celebrentur corpore uasto
 Omnibus a rebus, cunctisq; animantibus vltro
 Coniugia arboribus sint et communia laetis
 Contigit unde alta felix vindemia ab vltimo
 Agricolis frustra Palmam spectabit inertem
 Cultor Idumeus, nisi fertilis illa mariti